522.

Die Landgrafen Heinrich und Konrad bestätigen die Schenkungen des Grafen Gotfried von Reichenbach an die Kirche zu Aulisburg. Vergl. No. 489. **Grünberg und Marburg, 1234.**

Hdschr.: Or. Perg. sehr vermodert. Staatsarchiv Marburg. Die rothgefärbten Siegel Heinrichs (= Taf. XII. 4) und Konrads (= Taf. XIII. 3. 4) an rothen Seidenfäden. Phot. II. St. A. Die eingeklammerten Stellen sind im Texte unlesbar geworden.
Gedr.: Kopp, Hist. Nachr. von den Herren zu Itter 184.
Anm.: Hainaer Hand.

[In nomine san]ctę et indivi[duę] trinitatis. [Henricus et Cunradu]s dei gratia provinciales [T]huringię [et] pala[tini comite]s Saxonię. O[mni]bus, ad quos presens | pagina pervenerit, pacem et quietem in domino. [N]emini dubium est, quod rigor equitatis accipit [con]st[a]ntiam, quando minorum bone actio[nes ex maiorum presentia] trah[unt] disciplinam. Noverint igitur | [univ]ersi, quod comes Godefridus de Richenbach fidelis noster bo[no] preventus spiritu nobis s[upplica]vit humiliter, ut omnia b[ona, que ecclesia de Aulesburg] Cisterciensis [ordin]is ab ipso vel a suis | [accep]it a[nte]cessoribus, nostre auctoritatis [iudicio] confirmaremus, sive illa per donum aut per [pre]tium seu transierint per concambium, sive [a]li[as per aliquem alt]erius modi titulum. Ne hoc, quod ipse firmiter observare concepit et permanere desi[der]at, aliquis ausu temerario contradicat, nos [igitur] congaudentes huiusmodi prop[osi]tis et e[cclesiarum semper, ut dig]num est, parati subsidiis, sicut ex peti[ci]one prefati comitis accepimus, universa bona, que dicta ecclesia ab ipso vel [a suis a]ccepit vel acceptura est, [auctorit]atis [nostre testimo]n[io confirmamus, volentes omnino, ut tam ipse] comes, quem ad hoc s[in]gularis arbitrii votum constringit, quam ceteri, quos communis e[quitatis r]igor compellit, hanc nostre confirm[ationis gratiam firmiter d]ebeant observare. Nec solum [in his, que prescripta sun]t, sed et in [ceteris] omnibus, que [dicta ecclesia nunc habet vel in posterum habitur]a est, l[iceat eidem protectionis nostre privilegio gaudere. N]e [autem de] h[a]bitis [vel etiam habendis q[uesti]o possit em[er]ger[e], ipsa s[unt quecunque ecclesia prescriptione temporis seu per privilegia vel testi]bus idoneis p[oterit ostendere. Ut igitur huius nostre confirm]at[ionis] et protectioni[s decre]tum inconvulsum [v]aleat persistere, presentem [chartam sigillorum nostrorum consignavimus auctoritate.] Actum in Grunenberg et in M[arpurg anno gratie M.] CC. XXXIIII. Huius rei testes sunt: Marchio de Brandenberg. Poppo come[s de Hennenberg. Adolf]us comes d[e Waldekken.] Burchardus comes de Brandenberg. [Widekindus comes de Bilstein.] Hei[nri]cus comes de Staelberg. Godescalcus de Plesse. Rv̊dolfus pincerna de Vargela. Fridericus de Trevurde. Wi[deroldus de Ring]oszh[usen]. Gunteramus de Grunenberg [et alii quam plures.]

(SFR.) (S.)